

S. D. N. D.



1/7

CLEMENTIS PP. VIII.

CONFIRMATIO

Omnium Priuilegiorum Fratrum Minorum de Obseruantia,



MONIALIVMQUE SANCTÆ CLARÆ,
necnon de Pœnitentia nuncupatorum Ordinibus,
per Summos Pontifices concessorum, nunc
denuò facta, Anno Domini. 1597.
Sui verò Pontificatus Sexto.



ROMÆ, Apud Impressores Camerales. M. D. XCVIII.

Paralos frailes dela presunta des grez dephulipinas
ettz deorum 14 de febrero de 1598



CLEMENS PAPA VIII

AD PERPETVAM

REI MEMORIAM.

RATIO Pastoralis Officij nostri exigit, atq; effla-
gitat, vt quorum Religionem, ac virtutem Sedi Apo-
stolicę, totiq; Ecclesię non modo illustrem, & pre-
claram, sed vtilem etiā, ac necessariam esse animad-
uertimus, eosdē nostris, & eiusdē Sedis Apostolicę
honoribus, ac beneficijs libenter prosequamur. Cū
verò ex bonis, & commodis spiritualibus ordinum
Mendicantium, ea longē, latēq; pateant, semperq; patuerint, quę a sacro
Ordine Fratrum Minorum de Observantia ab ipsis fundatę Religionis
initijs in omnes Christianę Reipublicę Prouincias profluxerunt, quoti-
dieq; profluunt, & promanant, faciendum nobis esse statuimus, vt in eo-
dem Ordine nostris, & Sedis Apostolicę gratijs, atq; muneribus honestā-
do, nihil Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum benignita-
ti, ac studio concedamus: Cū igitur pro parte dilecti filij Ioannis Ba-
piste Moles Commissarij Generalis in Romanā Curia Vltimontanę fa-
milię prædicti Ordinis de obseruantia, nobis expositum fuerit, ex ipsius
Sedis benignā dignatione protuenire, vt Romanus Pontifex quandoque
predecessorum suorum Romanorum Pontificum gesta innouet, ac Apo-
stolica auctoritate innouata, & restaurata muniat, & fulciat, & in pristi-
num statum reponat, ac reducat; necnon propterea nonnulli Romani Pon-
tifices predecessores nostri quasdam gratias, concessiones, indulgentias,
& peccatorum remissiones, absolutiones etiam plenarias, libertates, præ-
rogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates,
multaq; alia Priuilegia, & indulta, tam prædictis Fratrum Minorū, quā
Sanctę Clarę, ac tertio de pœnitentia nuncupato Ordinibus, illorumq;
Superioribus Fratribus, Monialibus, & Sororibus, ac vtriusq; sexus per-
sonis, & Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, & Locis quibuscunq; dicto-
rum Ordinum, nunc, & pro tempore existentibus in genere, vel in spe-
cie, etiā per modum communicationis, siue extensionis Priuilegorum,
alijs Ordinibus, eorumq; Domibus, & Ecclesijs, & vtriusq; sexus perso-
nis Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium existē, concessorū
concefferunt, aut iam concessa cōfirmarunt, & approbatunt, prout in sin-
gulis concessionibus, declarationibus, & Litteris eorundem predecesso-

Ioannes bapti-
sta Moles Com-
miss. Gener. in
Romana Curia
Vltimontanę
familię petit à
Papa cōfirma-
tionem priuile-
giorum.

rum expeditis plenius dicitur contineri. Cum autem, sicut eadem expressio subiungebat, illa quæ sæpius Apostolica auctoritate prædicta munita existunt, maiore obtineant roboris firmitatem, pro parte prædicti Ioannis Baptistæ Moles nobis fuit humiliter supplicatum, ut prædictis Priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, fauoribus, conseruatorijs, declarationibus, facultatibus, dispensationibus, gratijs, concessionibus, Indulgentijs, & indultis pro illorum obseruantia, nostræ approbationis robur adicere, aliàsque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui omnium votis, præsertimque illorum, qui sub suavi Religionis iugo, diuinis laudibus, & Christianæ Religionis augmento incumbendum personarum tranquillitati, & commoditati consulunt, libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis, huiusmodi supplicationibus inclinati, quæcunque præmissa, ac omnia, & singula alia Priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conseruatorias, declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessionibus, Indulgentias, & indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum alijs Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, eiusdem Fratrum Minorum Regularis Obseruantie, & Sanctæ Claræ, & de Pœnitentia tertio Ordinibus, etiam in Congregatione sub trium votorum substantialium professione, & eorundem Superiorum Ordinis Minorum Regularis Obseruantie, huiusmodi obedientia degentibus, ipsorumque Superiorum Fratribus, Monialibus, Sororibus, ac vtriusque sexus etiam singularibus personis, necnon Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, & Locis quibuscunque in genere, & in specie, etiam per solam signaturam, etiam viue vocis oraculo, ut præfertur, aut alias per eosdem Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem prædictam sub quacunque forma, & expressione verborum concessa, ac etiam iteratis vicibus approbata, necnon omnibus, & singulis in eis forsan contentis clausulis, decretis, & declarationibus quibuscunque, ac singulas desuper etiam pluribus vicibus, confectas Litteras, & in eis contenta, & inde sequuta quæcunque illorum omnium tenores, & formas datas effectas, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum infererentur, & in his essent inserta, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, dictam auctoritate Apostolica tenore præsentium ex certa scientia in his omnibus, in quibus decretis Concilij Tridentini non aduersentur, saluis etiam decretis à nobis in fauorem Fratrum Reformatorum concessis, approbamus, & confirmamus, ac innouamus, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, & firmiter obseruari, necnon Ordinibus Fratrum Minorum Regularis Obseruantie, & Sanctæ Claræ, ac tertio de Pœnitentia nuncupato, etiam in Congregatione sub obedientia Fratrum

Mino-

Cōfirmationis, & innouationis Principium.

Cōfirmat vniuersa, & singula priuilegia, & gratias. Etiam per modum communicationis, & extensionis cum alijs ordinibus.

Etiam singularibus personis, etiam per solam signaturam, et viue vocis oraculo concessa.

Confirmat, & innouat omnia priuilegia, quæ decretis Concilij Tridentini non contrariantur.

Minorum de Obseruatiā huiusmodi degen. Superioribus, Fratribus Monialibus etiam Tertiarijs nuncupatis, Sororibus, personis, Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, & Locis prædictis, etiam per modum communicationis, & extensionis huiusmodi suffragari, illisq; frui, uti, & gaudere quādo, & quoties opus fuerit, posse, & debere, in iudicio, & extra, ac etiam in foro cōscientiæ, in omnibus, & per omnia, ac si specialiter & expresse eisdem Fratrum Minorum, & Sanctæ Claræ, & tertio de Pœnitentiæ Ordinibus per nos concessa fuissent, decernimus; supplentes omnes, & singulos iuris, & facti, ac solemnitatum etiam de iuris necessitate, aut aliā quomodolibet requisitarum forsan ommissarum, & alios quosq; defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. Quocirca venerabilibus Fratribus Mātuæ, & Tuy, Episcopis, ac dilecto filio Causarum Curie Cameræ Apostolicę Generali Auditori, per easdem presentes commitimus, & mādamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, faciant auctoritate nostra presentes Litteras, & in eis cōtenta quæcunq; plenum eorum effectum sortiri, illisq; omnes, quos concernunt, pacifice frui, & gaudere; Non permittentes quenquam desuper contra præsentium tenorem sub quouis prætextu, & causa, etiam defectu intentionis nostrę per quosq; quomodolibet, indebitē molestari, quinimo quidquid in contrarium attentari, vel fieri continget, omnia semper in pristinum reponi; Contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quascunq;, de quibus eis videbitur, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, & alia opportuna iuris, & facti remedia, appellatione quacunq; postposita compescendo, ac legitimis super his habendis, seruatim processibus etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis; Sicq; per quosq; Iudices, & Commissarios, ac S.R.E. Cardinales, necnon Sacri Palatii Apostolici Causarum Auditores, sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere; Non obsta. præmissis, ac pię me. Bonifacij Papę viij. etiam prædecessoris nostri de vna, & in Concilio Generali de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis præsentium vigore ad iudicium non trahatur; alijsq; Apostolicis Constitutionibus; ac Prouincialibus, & Capitularibus statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Priuilegijs quoq; indultis, & Litteris Apostolicis, etiam in forma Breuis per quosq; Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos, & Sedem prædictam, etiā Motu proprio, ac scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, etiam Priuilegiorum eorum reuocatiuis, restrictiuis, reseruariuis, exceptiuis, restitutiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac derogatorijs, alijsq; efficacioribus, efficacissimis

Quod illis frui possint in iudicio, & extra, ac in foro cōscientiæ, & in omnibus.

Iudicium, seu executorum de putatio.

Cōtradictores, & rebelles puniantur.

Clausulę derogatoriz.

cessimis, & insolitis clausulis quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentis, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, etiam quod in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari possit, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, Motu, scientia, & auctoritate similibus derogamus. Aut si aliquibus communiter, vel diuissim ab eadem sit sede indultum, quod interdicti, suspensi, vel excommunicari non possint per Litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem; ceterisque contrariis quibuscunque. Verum quia difficile foret presentes Litteras ad singula quæque loca, in quibus fortè opus esset, deferri, volumus, & pariter Apostolica auctoritate decernimus, quod illarum transumptis manu alicuius ex Secretariis cuiusvis prædictorum Prælatorum Generalium, ac Romanæ Curie Commissarij, & suorum successorum, aut notarij publici subscriptis, & sigillo officij alterius eorundem, aut alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, seu Curie Ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostense. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, Die xx. Decembris. M. D. XC.V. I. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

M. Vestrus Barbianus.

Nos Hieronymus miseratione diuina tituli Sancti Pácr-
 tij S. R. E. Cardinalis Matthæius nuncupatus, ac totius ordi-
 nis Fratrum Minorum S. Fráncisci de obseruátia Protector, om-
 nibus & singulis præsens transumptum litterarum Apostoli-
 carum cõfirmationis, & innouationis, Priuilegiarum eorun-
 dem Fratrum Minorum de obseruantia per Sanctissimũ Do-
 minum Nostrum, Dominum Clementem, diuina prouiden-
 tia Papam Octauum, factæ, visuris, lecturis, pariter & auditu-
 ris, notum facimus, & in verbo veritatis testamur, qualiter
 cum originalibus Apostolicis litteris, quas non cassas, non
 abolitas, nec in aliqua sui parte suspectas vidimus, concor-
 dat. In quorum omnium fidem & testimonium, has præsen-
 tes nostras attestationis litteras, etiam imprimi, & nostri soli-
 ti sigilli (quo in similibus vtimur) impressione communiri, &
 per Notarium infrascriptum subscribi fecimus. Actum, & da-
 tum Romæ, in ædibus nostris, Anno à Natiuitate Domini,
 Millesimo quingentesimo nonagesimo octauo, die 26. men-
 sis Ianuarij, Pontificatus vero eiusdem S. D. N. Clementis
 Papæ Octauj, Anno sexto.

Marcus Ant. Garza
notus pub. de mane

1. *Obiit Anno Sexto.*
 2. *Obiit Anno Sexto.*
 3. *Obiit Anno Sexto.*
 4. *Obiit Anno Sexto.*
 5. *Obiit Anno Sexto.*
 6. *Obiit Anno Sexto.*
 7. *Obiit Anno Sexto.*
 8. *Obiit Anno Sexto.*
 9. *Obiit Anno Sexto.*
 10. *Obiit Anno Sexto.*
 11. *Obiit Anno Sexto.*
 12. *Obiit Anno Sexto.*
 13. *Obiit Anno Sexto.*
 14. *Obiit Anno Sexto.*
 15. *Obiit Anno Sexto.*
 16. *Obiit Anno Sexto.*
 17. *Obiit Anno Sexto.*
 18. *Obiit Anno Sexto.*
 19. *Obiit Anno Sexto.*
 20. *Obiit Anno Sexto.*
 21. *Obiit Anno Sexto.*
 22. *Obiit Anno Sexto.*
 23. *Obiit Anno Sexto.*
 24. *Obiit Anno Sexto.*
 25. *Obiit Anno Sexto.*
 26. *Obiit Anno Sexto.*
 27. *Obiit Anno Sexto.*
 28. *Obiit Anno Sexto.*
 29. *Obiit Anno Sexto.*
 30. *Obiit Anno Sexto.*
 31. *Obiit Anno Sexto.*
 32. *Obiit Anno Sexto.*
 33. *Obiit Anno Sexto.*
 34. *Obiit Anno Sexto.*
 35. *Obiit Anno Sexto.*
 36. *Obiit Anno Sexto.*
 37. *Obiit Anno Sexto.*
 38. *Obiit Anno Sexto.*
 39. *Obiit Anno Sexto.*
 40. *Obiit Anno Sexto.*
 41. *Obiit Anno Sexto.*
 42. *Obiit Anno Sexto.*
 43. *Obiit Anno Sexto.*
 44. *Obiit Anno Sexto.*
 45. *Obiit Anno Sexto.*
 46. *Obiit Anno Sexto.*
 47. *Obiit Anno Sexto.*
 48. *Obiit Anno Sexto.*
 49. *Obiit Anno Sexto.*
 50. *Obiit Anno Sexto.*
 51. *Obiit Anno Sexto.*
 52. *Obiit Anno Sexto.*
 53. *Obiit Anno Sexto.*
 54. *Obiit Anno Sexto.*
 55. *Obiit Anno Sexto.*
 56. *Obiit Anno Sexto.*
 57. *Obiit Anno Sexto.*
 58. *Obiit Anno Sexto.*
 59. *Obiit Anno Sexto.*
 60. *Obiit Anno Sexto.*
 61. *Obiit Anno Sexto.*
 62. *Obiit Anno Sexto.*
 63. *Obiit Anno Sexto.*
 64. *Obiit Anno Sexto.*
 65. *Obiit Anno Sexto.*
 66. *Obiit Anno Sexto.*
 67. *Obiit Anno Sexto.*
 68. *Obiit Anno Sexto.*
 69. *Obiit Anno Sexto.*
 70. *Obiit Anno Sexto.*
 71. *Obiit Anno Sexto.*
 72. *Obiit Anno Sexto.*
 73. *Obiit Anno Sexto.*
 74. *Obiit Anno Sexto.*
 75. *Obiit Anno Sexto.*
 76. *Obiit Anno Sexto.*
 77. *Obiit Anno Sexto.*
 78. *Obiit Anno Sexto.*
 79. *Obiit Anno Sexto.*
 80. *Obiit Anno Sexto.*
 81. *Obiit Anno Sexto.*
 82. *Obiit Anno Sexto.*
 83. *Obiit Anno Sexto.*
 84. *Obiit Anno Sexto.*
 85. *Obiit Anno Sexto.*
 86. *Obiit Anno Sexto.*
 87. *Obiit Anno Sexto.*
 88. *Obiit Anno Sexto.*
 89. *Obiit Anno Sexto.*
 90. *Obiit Anno Sexto.*
 91. *Obiit Anno Sexto.*
 92. *Obiit Anno Sexto.*
 93. *Obiit Anno Sexto.*
 94. *Obiit Anno Sexto.*
 95. *Obiit Anno Sexto.*
 96. *Obiit Anno Sexto.*
 97. *Obiit Anno Sexto.*
 98. *Obiit Anno Sexto.*
 99. *Obiit Anno Sexto.*
 100. *Obiit Anno Sexto.*

9 *Ca. Son. 2.* ~~10~~

26

Leg.º 4

Confirmacion de los preu
Por Clemente otaku



1-1
A-7

1997

Archivo de Espalera



2. h. 1. C. 2. n. 9